

2 500
Sermones con-
uiniales Cōradi peu-
tingeri: de mirandis
Germanie antiqui-
tatis.

Germaniae Antiquitates.

B! Handexemplar
Boenius!

Vdalricus Zasius legum Doctor Fryburgen.
THOME VOLPHIO iuniori Iuris pontifi-
cij: litterarumq; humanarū: & integratatis ad-
sertori celeberrimo/ Felicitatcm.



Vos Sermones cōiuales Clarissime Thoma
ingenio: & vigilijs oīni nostra atate absolutis
simi viri Cōradī Peutingeri elucubratos; mihi
ostendisti: dici non potest quantum mihi pla-
cuerint. Est em in eis nonsolum eruditio rerū
Germanicarum remotior/vtpote quibus & rara & in hūc
diem incognita prodierint; sed etiā copiosa summoq; ar-
tificio elaborata traditio: Quantum (dī boni) Germaniae
non quota portio doctissimo huic viro debeat: quae(men-
soribus ante hac/nescio quem falsum modū dicentibus)
frustra amplissimis & finibus & territorijs fuit: Nunc
Conrado iudice peritissimo in re presenti & velut manu
conserta agitatam item dirimente sit restituta. Error vul-
garius/Tribotes/Nemetes/Vangiones/Vbios/&bonā
Cisrhenanorum partem Galliae tribuit: At Conradus (Id
quod ante eum Iacobus Vuymphelingus cōmuniš ami-
cus noster: vir doctrina moribus ætate integritate virtute
venerabilis & cōspicuus/nō mediocriter attigit) suo quoſ
q; loco suæ conditioni/suæ origini ita reposuit: vt Germa-
nia nostra(q; a quadrängentis annis/& eo amplius nō po-
tuit)in corpus solidum coiuisse iure optimo glorietur.
Mira est huius viri exquisitio/ingenij promptitudo inco-
parabilis/memoria tenacissima: qui infinitis prope nego-
cijs tum regiæ maiestatis apud quam potiores partes agit
Tum etiā suæ vrbis Auguſten, q; ab eius auspicijs nō mo-
dice pendet. Tum deniq; amicoq; suorum quibus omnia
se debere putat impeditus: tam varia tam a cōmuni cog-
nitione recendentia/&quae annixissimos labores/cōtinен-
tissima studia/multijugam lectionē requirant; colligere
a ij

Sermones
gratiarum

lae 2009
Wimpelkunst

potuerit. Quis itaq; nostræ ætati non gratulabitur? Quis Sueuorū inclytam nationē? Quis Augustenū, præcipue / non maximū fecerit? qui eo decorantur viro; quem vnum
vetustatī obijcere c̄querissime valeamus. Taceo hic ex in
dustria suam incredibilē humanitatē qua & vocare vltro
ipse/nedum desiderātes recipere in suam amicitiam con
sueuit. Mitto suam affabilem comitatem/munificentissi
mam liberalitatē qua ædes sua non quidem affectata ele
gantia conspicuæ: Sed Heroica dignitate venerabiles litté
ratis omnibus velut quondā Cymonis possessiones pere
grinis patescunt/ prætero alias suas virtutes plurimas;
quævel singulæ singulos claros efficerent; in Conrado co
agminatim splendentes Eas inquā tametsi proprio expe
rimento didici vidi noui/mitto tñ; qñ epistolaris breuitas
tam diffusa non patitur; & satius est de magnis viris silere
q̄ modica dicere. Tu igitur mi Thoma nihil potuisti face
re; vel consultius/vel q̄ virum bonū plus deceret q̄ eam
desumere operam/ qua Sermones tanti viri typis faceres
informari: Rem germanā (quam antehac in Vuymphe
lingi nostri operibus & defendisti aniose; nedū luce adiū
uisti) Istiusmodi cōuiualibus publicādis ita demerebere
vt cum ipsa omnē suum splendorē/dominatū/fines agros
Conra. nostro maxime nec minus Vuymphe, debeat: tibi
proximas beneficij partes sit concessura Addo litteratorū
omniū vicem/ quibus hoc labore mirifice commodabis.
Facis quidem pro ingentibus animi tui dotibus quas & si
seminarijs quibusdā ingenitas; exercitio tñ i optimis di
sciplinis iam ab aduleſcēte esudato mirifice illustrasti. Tu
& Italiam vniuersam peragrasti; & præceptoribus i toto
orbe illuminatissimis Bartolomeo Soccino Vincētio Pa
leoto furium professribus. Præterea Philippo Beroaldo
eiusdem Vincētij genero: Antonio Codro reipu. littera
ria Principib; operā impendiſti; præclaris consociatus
maxim; noīs discipulis Ioanne Baptista pio/ Philippo

M. Schinner. ms. 1

Beroaldo funiore; Henrico Cafado lusitano; Mutiano ruf
fo Germanorū doctissimo/ & qui alter Varro in omnige
na sit doctrīa perspectissimus. Ad hoc etiam Theoderico
Gresmundo; Ioanne Esticampiano a chademiæ Mogun
tinæ illustratoribus primarijs: Tu cum iuuenis studij cau
sa Romæ ageres periculo te vita subiecisti/ vt abstrusa ig
notaq; romanæ vetustatis monimenta; quæ propediē pro
ditura speramus; eruens posteritati consuleres. Quomodo
nus mirum fecerim/ si omnē tuam operam omnes vigili
as omnem laborem in eo absumas: quo & multis profis
& litterato s' precipue adiuues; homo em ad optima quæ
que natus/ quid nisi benefacias? Duo sunt præcipua qui
bus velut alis in veram gloriam mortales subuehuntur.
litteratura & liberalitas: Quæ vtrac; ita in te admiramur
vt periculum sit; vltro excellas. Illa quippe ingenij tui opu
lentissima foetura; castissimæ eruditioē elucescit. Hec ve
ro vscadeo et saepe cōprobata est/ & quotidianè cōprobat
vt Frāciscus Picus Comes Mirandulanus omniū doctri
narū lumen/nuper cū Conra. Peutinger illo nostro Col
laurioq; viris splendidissimis tuo exceptus hospitio Sym
posium sapientum / domū tuam/ tec; Philosophorū esse
hospitem prædicauerit. Probat id nō domesticorū modo
sed externorū cōcursus Baptista mantuanus nulli ex ma
ioribus posterior/suis te operibus celebrat. wymphelin
gus tibi est cōiunctissimus Gallinarius Aucuparius. Ph
ilesius litterarum humanarum sacramentarij adsertores;
te vt patronum obseruant. Quid dicam quantū in te mo
menti collocet Mutianus Ruffus nostræ ætatis Cicero?
Quid Maternū Pistorieñ hominem ex æſte formatum?
Quid Petrum Eberbachium Erdfordieñ adulescentem/
supra quam sua ætas ferat eruditum/ qui accepta a paren
tibus optione cui potissimum pestis tempore cohabita
ret; te iam tum ignotum elegit. De me vero quantulas in
tereruditos partes habeā (neq; enim in tuo sum albo) gd
a ij

loquar: qui tota te sum officijs affectus: vt omnia tibi me debere putem. Que cum ita sint non possum non iure optimo detestari/ et velut luem quandam abominari senes ones quosdam/extrema iam etate confessos/quos nutu significo/ qui cum tibi et sunt gentiles quoque/ ne dum cognomines: prouertibusque opulentissimis prouisiis ut pote numerosis prebendis canonicatibus sacerdotijs (que beneficia vulgus vocat) consarcinati/ te tamen virum optimum sustum humanum/ et doctissimum/ odisse: rebus tuis insidiari non cessent. Habet hoc avariciae fordes/ ut nummos tantaque idola colat; in eosque solos/ spem vitam/ quin et humana diuinaque omnia ponat. virtutem oderit/ bonos laetessat/ persequatur pios/ et praecipue consanguineos cuius scerare velit. Sed exitus acta probabit Illos pernicires te manet ampla salus. Haec tamen aliquando pluribus. Tu sicut copisti perge Conuiriatesque illos sermones a viris peritis simis adprobatos/ et proinde pro Platonis sententijs luce dignissimos fac formis exprimas. Sicut enim auctorem scribentem/ immortalis laus: ita te publicantem magnifica gratulatio comitabitur. Vale.

Eiusdem Vdalrici Zasij ad auctorem pro liberata Germania;

Rhenus utrumque latus germana gente vetusta
Cinxit: & armigeris se extulit usque viris
Pefidus abstulerat fines tibi rhene resessos
Hostis: fraudosa et corripit arua manu
Germanam solus Conradus restituit rem
Hostibus oppressis iusta trophea locans.

Petrus Episcopus Tergestinus Reuerendus
do patri domino Matheo Lang Praepositi
sito Augustensi Caesareæ Maiestatis Co
siliario, S.P.D.

CEti nudius tertius libellum tibi dicatum/ quo Conradus Peutinger Conterraneus tuus multipliçis eruditionis vir/ Genialis conuiuijves tri sermones varios luculentissime complexus est. Vbi et si pleraque alia obscura prius: et recedita in lucem edidit/ quae paucis admodum nostris temporis hominibus cognita fuerant. In eo tamen imprimis apud te immortalem gratiam consequi merito debet/ quod dum communis Symposium fabulationes/ scriptis referre studet/ non modo te/ ac munificentissimam hospitalitatem tuam/ posteritatis memorie commendauit. Sed quod debet esse digno viro iocundius/ Patriæ ac nativitati soli genitisci vestrae nobilissimæ abscessam a desertoribus propriæ vestis laciniam/ acerrimus assertor occurrente ita vendicavit/ ut nemo post hac detrahere quidpiam possit/ quin oculisque primum omnium manifeste furtum appareat. Pro quo quidem beneficio nequaquam mihi dubium est: quin his laboribus suis Conradus Peutinger/ Si minus apud presentes (qui plerunque vicio malignitatis humanæ viventium scripta: et si lectio placeat: fastidio tamquam quodam praeterunt) apud posteros non parvam laudem & gloriam sit adepturus. Non accedo operis huius adulator apud te qui ingeniorum nostri temporis es solertiissimus censor: perpendes ipse inter legendum: quo studio: qua industria/ quot citatis: et nostris: et prisci temporis autoribus: quot inquisitis Marmoribus et veteris Nomismatis: Germaniae partem non ignobilem circa Rhenum: quam sibi Galli quidam seu potius germaniae desertores adsciscere ausi sunt/ imperio & nomini nostro restituerit. Dignus profecto

cui non minus germania tota debeat; occupatae Regionis
Assitori; q̄ ijs obnoxia est. quī fines suos ultra præfixos
a natura terminos in Gallias antiquitus protulere. Vide
bit igitur dignatio tua ex scriptis Conradi nostri: quibus
indubitatis argumentis occurtere possis ijs qui aliquan
do Argentoracum / Nemetes / Vangiones / Moguntia
cū / Agryppinenses &c pleraque loca alia citra Rhenum
Germanos; Galliae inscribere populos sunt ausi. Nihil
enim omisit/ quod ad rem attinet; quod summo labore/
summa diligentia/ & fide non adduxerit/ in paruo hoc li
bello suo. Neque id profecto mirati satis possum. quo
modo vir arduis ac continuis Reipublicæ sue negotijs
occupatus/bonarę litterarę studijs tantum opere impen
dere/tot autorum volumina euoluere potuerit/quæ si re
cte quanti momenti sint tecum aestimes. singula sibi totū
requirere hominem reputabis. Est tamen ita celeris/ ita
presentis ingenij noster Peutinger/ ut in maximis etiam
Reipublicæ occupationibus/ veterum semper scriptorū
quidpiam legat; & ne in aliquo desit patrīcē cōmodis; dū
sibi ex agendis negotijs oculum suppetit/ in mortalibus scri
ptis suis/patrīcē decus tutatur/ & excusat. Hanc brevē epi
stolam reuerende præposite/ eo tibi iocundiorē futurā
certo scio/ q̄ & libenter aulis amicissimi hominis præco
nium; Et is es qui inter cæteros ex cellentis ingenij viros:
virtutem colis/magnificis/amplecteris. & q̄uis sacratissimi
Cæsaris Maximiliani maximo negotiorum pondere
deprimeris/ ut vix elaboribus respirare liceat; nihil tamē
tibi dulcius est/nihil suauius/ q̄ cum viris doctis versari
& litterarum amatoribus oblectari plurimū. Inter quos
(mīhi aliorum pace dixisse liceat) primam arcem posside
re videris. Vale nostri memor ex Oeniponte, xv. kal. Iaz
nuarij. M.D. IIII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI
dño Matheo Lang Ecclesiar̄ Gurcensis admi
nistratori Augustensis Praeposito: sacre Cæsa
reæ maiestatis Consiliario/ domino suo in pri
mis obseruando. Conradus Peutinger iuri
viriusque Doctor. S.P.D.



Rbs Augusta Vindelicoru
(vnde nobis origo est) gau
det plurimum/ et hac præci
pua voluptate afficitur. sibi
te eum ex Patricia gente ci
uem natum/ atq; datum esse
qui naturæ bonis omnibus re
fertissimus; continuus que /
apud Imp. Cæsa. Maximilia
num Augustum. Patrem pa
triæ degeres; & vniuersitati tui natui soli/ & ecclesiasticæ
et seculari præfesses; obtines quidem post reverendissimū
Episcopum dignitatis gradum p̄imum; primus item pa
triæ Patronus; vtriusq; honor atque decus quibus podiſi
num accedit/ singularis illa tua bonarum litterarum eru
ditio; atq; humanitas/ hijs em circa te fortuna mutauit ni
hil; nec (ut pleriq; solent) quicquam superbe/ tumide ve
nihil denique cupide vel libidinose agis/ led omnes ad te
ingredientes benevolentissime excipi; comitaris; prope
eos subsistis; omnibus & occurris; heremus lateri tuo; qui
q; accedimus/ quod & siemines; ambulas tamē internos
quasi pares tibi essemus. de insignijs militaribus ordines
q; equestri; tibi partis omnes gratulantur. dum pridie idus
Septembbris noster inuiclus Cæsar Bohemorum IIII Mil.
in campis Noticis nō longe a Ratispona Danubiana sua
& Imperij Ro. libera ciuitate primus ante suos hasta con
b

gressus: fudit: profligauit: occidit: & plerisque captiuis vi
tam elargitus: sarcinisq; armis & vniuersis eorum impe
dimentis in praedam concessis: cum exercitu/ouans atq;
triumphans. Ratisponam est reuersus. vbi tu etiam vna/
tuis stipatis iustum facit Imperij bellum fideis/ armatus
insidens equo: quid Marte fremente: valida manus possit
conflictu facile expertus es. admirandum & illud profe
cto: quod inuitus Cæsar tam incunctanter celeritateq; ni
mia apud Rhenum sita oppida arces gentes & prouincias
subiugauerit. Danubium deinde petens Bohemica vi
ctoria potius/ ad fines alpium tandem Rhœticarum ope
pidum kueffstei. iuum. munitissimum/ super Aenam flus
mē ab accolis Inum appellatum in Baioarsco Ducatu nō
longe ab illustris Comitatus Tirolensis finibus situm/ p
dies continuos decem: quibus id/ & arcem eius/ obsidio
ne cinxerat/ tormentis minacissimis (quas a sono Bom
bardas nuncupant) adeo cōquassauit/ ut muris solo equa
tis/ facilem sibi ingressum apperuit/ oppidoq; v. idus oc
toberis in deditioinem coacto: ad. xvij. kal's nouembris ip
sam deinceps quasi in oppugnabilem muris laceratis
atq; fractis coepit. Deo itaq; maximo optimo adiutore/
Maiestatem eius in dies maiora aggressuram speramus.
Sed vt tandem ad te redeam/ qui virtutibus tuis perpollē
tibus/ eam tibi famam conquisiuisti/ ut omnes in amore
tuo/ quotidianè deuinas/ & ne splendori (qui tibi acumus
latissime accedit) quicquam deesset/ ad leptimū idus octo
bris Ioannem Caprum diuinarum humanarumq; rerum
interpretem doctissimum. Nobiles & venerandos eccles
iae tuae canonicos Bernhardum Vualchirchium & Ihes
ronimum Lochner: simul quoq; Sebastianū Illung eque
patricia domo Augustensi natū: sureconsultos dexterissi
mos Ioannē Lung Seniorē & Ioannē Othonē/ artis medi
æ/ & sideralis scientiæ expertissimos professores. & etiam
me/ prandio tuo presentes esse voluisti/ ad coniuicū inu

tati conuenimus/ recte scilicet instruictum/ atq; lautissimum
& accumbentibus nobis/ seueritate omni postposita. de
varijs & admirabilibus ipsius naturæ: & alijs rebus/ inter
nos iucundissimus: plenusq; voluptatis: & ut Seneca ad
Lucillium scribit. Nullam rem vscq; ad exitum adducens
sed altunde alio transiliens. Sermo habebatur.

Dionysius
GOffa dñi Dionisij non in Gallia/ sed Ra
tisponam translata/ ibiq; ad sanctum Em
meranum condita esse.

Dmine optimo eueniit: ut de diuino Dionisio Athenien
sium Episcopo diceremus (eo em die festū eius ages
batur) qui vna cū Apollophane Sophista in Aegipio He
liopoli: quando Christus ihesus passus est/ solem vidit p
ter naturam obscuratum: & tetram noctem subito terris
obductam/ cognovitq; mox verum omnium deum/ eo
dem Sophista respōdente (ut ipse ad Polycarpum scribit)
terum has diuinarum vici studiues esse: tunc Caper nos
bis referebat: Gallos hunc ut eorum Apostolum venera
ti/ et credere ossa eius/ ad. ij. lapidem a Parisiensium vrbe
ad ædem sacram sepulta esse/ contra tu mira suavitate re
censebas: te atq; R. D. Episcopū & Comitem Tergestinū
Petrum Bonorum bonarum litterarum studiosissimum/ compertum habuisse: ossa hec ex Gallia Ratisponam ad
sanctum Emmeranum translata: ego ut ea comprobare
exemplar litterarum Apostolicasq; mihi a monasticis eius
dem Monasterij datum. Capro postea perlegendum mi
si: in eo enim Leo. ix. Ponti. Max. Bruno antea vocatus
Tullensium episcopus procurantibus Gallo & Legatis Im
peratore Cæsare Heinrico. ij. Augusto presente (cum bea
tum Wolfgangum in diuos retulisset) declarat diuinum
Dionysium Ariopagitā Ratisponæ quiescere: & hec acta
esse. Anno Christianæ salutis. M. ij. Anno pontificatus
sui. iiiij. Indictione. v. Nonas Octobris.

b ij

Dionysius

1052.
Juli. 5. anno.

*fratres uxori
Tabula*

De coniugio Pauli Apostoli ex Ignatio Anthiochiae Episcopo.

Sermo noster sequens erat de coniugio / domesticis / atque pugna; multæ tūc Apostolorum principis sententiae afferebant / tum caper rem nobis omnibus penitus incognitam apperuit. Ignarium Martyrem marcieū gelista discipulum referre / diuum Paulum conjugatum fuisse / ego postea domi considens / epistolas eius diligenter perspexi; et in una quam ad Philadelphenses ex Troia dedit / ita scriptū cōperi. Non detraho aut̄ ceteris beatis / qui nuptijs copulati fuerunt / quorum nunc memini / op̄o enim deo dignus / ad vestigia eorum in regno ipsius int̄ueniri / sicut Abraam & Isaac & Iacob; sicut Ioseph & Esaias; & ceteri Prophetæ; sicut Petrus & Paulus / & reliqui Apostoli / qui nuptijs fuerunt sociati / qui nō libidinis causa / sed posteritatis subrogandæ gratia; cōiuges habuerunt;

De Lusitanis nautis qui in Indiam nauigant

allegans

Non unus / sed varius nobis erat sermo / & collusione vltiori ad ipsum etiā Oceanum / eiusq; recessum atque refluxum / & Lusitanici Regis fortunatissimi nauigationem Indiam versus compertam deuenimus / qui ex Indis aromata; ceterasque merces ad nos aduehit; speramusq; prope diem auspicio invicti Cesaris nostri / & ad sensu Lusitani Regis / nostros Augustenses / nauibus proprijs atque mercibus Indiam petituros / res profecto admittanda; eundem Regem: ea gratia diuina affectum / ut solus illuc primus nostro saeculo ex occidentalibus penetrauerit / ego que mihi facile persuaderem / eam transfractiem / vel etiam similem / maioribus nostris penitus incognitam; & priori ætati intentatam fuisse / nisi. C. Plini Se

cundi verba me ambiguum parumper redderent: inquit enim ipse libro, ij. capite, Ixix, in Sinu Arabico. C. Cælare Augusti filio / res gerente / signa nauium ex Hispaniensibus naufragijs fuerunt agita / & Hanno Carthaginis potentia florente circumiectus a gadibus ad finem Arabiae nauigationem eam prodidit scripto: preterea Nepos Cornelius auctore est Eudoxum quendam sua ærate cum Lastrorum Regem fugeret Arabico Sinu egressum. Gades usq; peruectum / multoq; ante eum Cœlius Antipater vidisse se ait: qui nauigasset ex Hispania in Aethiopiam commertij gratia. Idem Nepos de Septentrionali circuitu tradit. Q. Metello Celari. C. Afranij in Consulatu collega / sed tum Gallie Proconsuli Indos a Rege Sueorum dono datos / qui ex India cōmeriti causa nauigantes tempestatibus essent in Germaniā obrepti. Pomponius Mela, libro, iij. post descriptionem Germaniæ; non Sueorū sed Bohemorum rege in referet. Pliniana tamē lectio similior vero Hermolaō Barbaro placuit & nobis placet: quæ nauigationes / per alium fieri comode non poterant nisi per eum oceanum: quæ Lusitani nautæ hodie transfrerant. Idem Mela, vnde in eas terras deuenissent / requirendo cognosce. vi. tempestatum ex indicis aequoribus abreptos emensosque: quæ intererant, tandem in Germaniæ littora exiisse. Pius secundus Ponti. Max. in sua Asia præmissis subiungens ait. Nos apud Otthonem legimus / sub Imperatoribus Theutonicis indicam nauim & negotiatores Indos in Germanico littore fuisse deprehensos / quos ventis agitatos ingratia / ab orientali plaga venisse constabat. Verum propter nitorem ferculorum varium / non dico triuialem / abundantesque vinorum propinationes / sermonibus proximis non contenti. Sed tua conuivali cōmitate acrius admoniti / ad alia prouocati sumus fabulandum;

*Q. metilius celar
C. Afranij*

b iij

SQuod cisrhenaæ ciuitates ab Agrippis na ad Argentinam & aliæ a Ca. Cæ. Iulij Dictatoris & superiori tempore non Gal lis/sed vel Germanis; vel Ro. Imp. Cæsa ribus Aug. vel Regibus semp paruerint.

Et quia Rhenus fluuius Oceano ipso miscetur: pro Germaniae nostræ laude Ammianum Marcellinum re ferre dixi/ ambas Germanias primam & secundam/eas ita appellat: inter Belgas & Rhenum sitas esse: tunc Sebas tianus noster Iacobi wimpelingi germaniae illustratoris memor factus est: is em contra Germanos quosdam Patriæ desertores/pugnâ subiit: et vna cum suis peritissimis cõmilitonibus Thoma Vuolphio iuniore & alijs vicit. Tu vero pro solita tua mansuetudine/iniunxisti mihi: ut si que huic rei conducibilia scirem/adnotarem: tibi que transmitterem/quibus facilius non solum hijs desertoribus: sed etiam Gallis (si qui essent) Germanias hasce affe ctantibus/obuiam ire possemus. Sed quia eruditione tua & rerum experimentis excellis: quinimo apud iniuctum Cæsarem nostrum/afluentibus quotidie ex omnibus nationibus disertissimis viris/singula comprehendis/prout tenes vberime: non video quomodo/ex vacuo/in ples num calicem aqua influere debeat. verum tibi nihil denegandum/immo verius Patrono atq; ductori optimo esse obtemperand; censeo: prestareq; obsequium debebo: fa cio quantu possum. Mola em falsa litanus qui thura no ha bente.

Cæsar Dictator commentarij libro. ii. de bello Galli co refert Remos Belgas vicinos Germanis Cisrhenañis per primos ciuitatis sibi renuntiisse/ cum Belgæ cõta. P. R. coniurassent: cæteros omnes in armis esse. Germanos qui cisrhenum incolunt sese cum his coniunxisse. Belgas item plerosque a Germanis ortos/ Rhenum antiquitus

Carminis 3 aut aquæ m̄s

traductos/propter loci fertilitatem sibi consedit: Gallos que/qui ea loca incoherent expulisse. Quod. M. Antonius Sabellicus libro. v. Enneadis. vi. apertius (vt mihi vide tur) declarat. Inquit enim: Ex his cognitum est a Germanis Belgas ortos/ qui soli feracitate allecti: alij alio tempo re Rhenum transgressi: eam terram que Belgica diceretur occupavissent. Idem etiam Cæsar eodem libro. Condrusos Eburones Cerebos & alios uno nomine Germanos appellat: præterea Rhenus non ex omni loco Gallos a Germanis/verum (si Claudio Ptolomeo credimus) Germaniam magnam a superiori & inferiori a prima & secunda se parat: superi & inferi Germani Belgas a Reno diuidunt Idem Regionem circa Rhenum a Mari vsque ad Obrincam flutum/in descriptio sua Germaniam inferiorem appellat: & ab occidentali parte locat: post alios Agrippi nenses/Bonnam/Moguntiacum: & supra versus meridi em Germaniam superiorem: vbi Vangiones: Nemetes: Tribochi Argentini & alij. Caius etiam Plinius secundus quibellorum Germaniae. xx. libros: quibus omnia quæ cum Germanis Romani gesserunt conlegit/ inchoauitq; cum in Germania militaret (vt. C. Cæcilius Plinius de Au nunculo illo suo ad Marcum scribit) libro. iiiij. capite. xvij naturalis historiq; ita ait. Rhenum autem accolentes Germaniae gentium in eadem prouincia: Nemetes Tribochi Vangiones: Cubi: Colonia Agrippinensis: Guberti: Butani: & quos in insulis diximus Rheni. hijs sunt Bataui: Can nefates: Frisijs: Chauci: Frisianoi: Sturi: Morsatij. hec eodem libro capite. xiiij. et. xv. Enumerat etiam Germanorum genera quinque Burgundiones: Varinnas: Charinos Guttones: Vindelicorum partem. Germanæ vnum geni nus asserit: proximos Rheno Isteuones appellat: quoru pars Cimbri mediterranei/ Hermiones quorum Suevi/ Hermunduri: Chatti: Cherusci. Cæsar ergo & Plinius & Ptolomeus Cisrhenaños no Gallos non Belgas; sed Ger b iiij

Vox alba

Antrum,

Tuiscon
manos Rheno proximos dicunt: *Et quia Rheno proximos Plinius Isteuones appellat: non incongruum erit de Isteuonibus / alijs plerisq; Germanorum nominibus lacius evagari. Cornelius Tacitus de situ Germaniae ita inquit: Celebrant carminibus antiquis / quod vnum apud illos memoriae & animalium genus sit Tuisconem Deum: terra editum / & filium Mannum originem gentis: conditores q; Manno tris filios assignat / e q; & nominibus proximi oceanio Ingætiones: Medij Hermiones / cæteri Isteuones vocentur / quidam autem licentia vetustatis / pluris Deo ortos / pluresque gentis appellationes: Marsos: Gambrinos: Sueuos: Vandalos affermant. verum Berosus (ut Iosephus Mathathiae filius contra Appionem gramaticum refert) genere Chaldeus fuit. notus autem eis qui doctrinæ eruditio[n]e congregauit. quoniam de Astronomia de Chaldeorum philosophia: ipse græcas conscriptiones exposuit: antiquissimus secutus historias de facto diluuij: & hominum in ea corruptione / sicut mos est conscripsit. Is libro primo historię suę / ita ait. Ante diluvium vñus inter gygantes erat / qui Deorum venerior & prudentior cunctis in Syria Noa nomine cum tribus filijs Samo / Iapeto / Chem: & uxori bus Titea magna Pandora / Noela & Noegla / & cū omnine genus aquis suffocatu esset: ipse cum familia sua que nauis erecta est / in Gordie montis vertice quieuit. Idem quoque secundo libro. Siccato ab aquis orbe non fuisse nisi dictos octo homines in Armenia Saga: & ab his omnine genus hominum in terris seminatum: atque ob id Scythas recte dicere & appellare Noam omnium Deorum patrem maiorum & minorum / & gentis humanae auctorem / & chaos & semen mundi / Tyteam vero Aretiam / id est terram in quam semē & chaos posuit / & ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt. Ipseque Noa ut idem li-*

Tuiscon
Adula. mon
In ge. uo.
1sta Vno
1sta Vno
Mæsembria
bro. iij. refert. Ianus ob vitis inuentæ beneficium; quod Arameis sonat / quod vinifer siue vitifer / item Cœlum & Ogyges cognominatus est. genuitque post diluvium filios plures. Per quos Tuisconem Germanorum & Sarmatū patrem: & cum partitus esset terram omnem / eundem in Europa Sarmatiæ præfecit: ut libro. iij. docet. Ipsius quoque termini erant Tanais atque Rhenus. Tuisconi etiam iuncti sunt filii Histri / & Moesæ cum fratribus suis / ab Adula monte Mæsembriam usque Ponticam. Adulam autem a filio Histri sic cognominatum / Moses Adularum vocat: Tuiscon autem Beroſo docente / apud Sarmatas: populos multos fecit. Moesa cum filiis Histri Pritcos Moesi os ab Adula ad Mæsembriam protendit. Idem Tuiscon gygas anno Nini. iij. apud rhenum Sarmatas leges docuit. genuitque Mannum / qui Semiramidis anno. vi. regnauit apud Rhenum / non ergo improbamus a Tuiscone Tütschen nuncupatos / Mannus autem successit. Ingeuon filius; unde predicti Ingeuones alterum a Plinio Germanorum genus / continens Cimbros Theutonesque / quos Ingeuones Annus super Berosum ex Talmutis tñdiculum incertum interpretatur / quasi ex genitore Scythico more edocui / ædes vagas habiterint. Cornelius Tacitus ait. Nullas Germanorum populis urbes habitaris satis notum est / nec pati quidem inter se iunctas sedes colunt discreti / atque diuerli / ut fons: ut cāpus: ut nemus placuit: vicos locant non in nostrum morem connexis et coherentibus ædificijs suam quisque domum spacio cunctandat / siue aduersus casus ignis siue insacia ædificandi / Ingeuoni apud Tuiscones ut idem Beroſus refert successit. Isteuon / a quo Isteuones. Isteuone defuncto filius eius Hermion subrogatur. Vñ Hermiones: de quibus dictum est superius: post Hermionē / Marso filio eius relicto. Tuisconum regnum delegatur / a verbo Arameo Maresius quod principem siue ducem consiliorum: ut dñq; Iheros

nimo placet: significat Marsus vocatus / unde Marsi populi / de quibus Strabo Capadoces siue Gnosius Amasis nus libro, vii, sic inquit / quedam vero in profundam regionem transmigrans peruenit / ut Marsi / postea Tuysonibus praefuit Gambrivius id est coronatus a quo Gambris uij: genuit que filium Sueum / cuius regni tempore Ostis & Isis ad Germanos nauem per Rhenum portati sunt / a Sueo appellati Sueui. Idem Tacitus libro, xix, historiae Augustae: Trahuntur in partes Sydo atque Italicos Reges Sueorum / quibus vetus obsequium ergo Romanos; et gens fidei commisso patientior. Caesar quoque libro, iiiij, de Gallico bello inquit. Sueuorum gens longe maxima & bellicosissima Germanorum omnium / horum pars: eodem Tacito autore: Isidis sacrificabat / ea causa mihi persuadeo / nostrates Augustenses / falso Cisam deam appellare: templum qd hoc fuisse credunt ubi nunc Augustae prætorium conspicimus: non Cisæ ut quidam dixerat: Quem male polluerat cultura nepharia duduisti;

Gallus monticulum hunc tibi Zisa tulit.
I Senberg cipronach
Sed Isidis fuisse / collisque ibi publici carceris / non Cisen: sed Isenberg / quasi Isidis montem appellant. Nec ego a pudicis legi / nisi forte p Cisa Cererem putaueris: nosster Adolfus ecco Frisius Augustæ prius Cisroim / a Vindœ & Lici confluentia dictam credidit: nostri Cisaram a Cisa / anteqz Vindelica diceretur fuisse cognominaram aſſunt inter scribendum haec / adiurenit Sororius meus Christoforus Vueller / linguae racialis: non ignarus: & me fug illa effigie lapidea vetustissima ædibus sacræ diuī Vdalrici Augustensem Patroni affixa admonuit / eam nō eisē Cisæ / ut vulgus credit: sed Medusæ. Sculptos enim habet crines grossos vīpercereos collum eius plectentes: & in eius genam / quā nobis monstrauit hoc epigramia protulit.

Exemptum media de Pallados Aegide dicas
Gorgona: quam paruo claudit in orbem lapis

Adolphi

Piæ papa Anagni regia anni 600. uero loca uulna.

M

Cisa

Quia & mortifici præstant miracula vultus
Vidit & in numero palpitat angue caput
Tam similis non ipsa sibi est / se forsitan illa
Vidit: & a speculo saxe facta suo est
Hanc eandem refert, M. Ann. Lucanus, Cordubensis
Pharsalia libri nono.
Finibus extremis Libyes: ubi feruida tellus:
Accipit oceanum demisso sole calentem
Squallebant late Phorcynidos arma Medusæ
Non nemorum protecta coma; non mollia sulco.
Sed dominæ vultu conspectis aspera saxis
Hoc primum natura nocens in corpore saevas
Eduxit pestes; illis e fauibus angues.
Stridula fuderunt / vibratis sibila linguis.
Foemineo quo more comæ / per terga soluti:
Ipsa flagellabant / gaudentis colla Medusæ:
Surgunt aduersa surrecta fronte colubrae:
Vipereum que fluit depexo crine venenum.
Item, P. Ouidius Naso Metamor. li, iiiij. in excipit unus.
Ex numero procerum querens cur una sororum:
Gesserit alternis inmixtos crinibus angues
Hospes ait: quoniam scitaris digna relatu
Accipe quæsiu causam / clarissima forma
Multorum qd fuit spes: inuidiosa procorum
Illa: nec in tota conspectior villa capillis/
Pars fuit / inueni qui se vidisse referrent
Hanc pelagi rector templo viciasse Mineruæ
Dicitur / auersa est / & castos ægide vulkus
Nata Iouis texit / ne ve hoc impune fuisse
Gorgoneum crinem turpes mutauit in Hydros.
Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hostes.
Pectore in aduerso quos fecit sustinet angues.
Et quia Germania vitibus tunc inepta erat / docuit Osiris
ex ordeo potum fieri / haud multum virtute gustu que

M

pota burnoz

vinis inferiorem/ut Diodorus Siculus libro primo attestatur/& idem Tacitus ait. Potui humor ex ordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus est. Domitius Vipianus iure consultus ait/ certe Cerzufum/ vel in quibusdam prouincijs ex tritico vel ex ordeo vel ex pane conficitur/noa continebitur. simili modo nec Camurii nec Cervisia. Virgilii. iij. Georgicorum/& pocula lactis Fermeto atque acidis imitantur vitea sorbis: Sueuo deinde successit Vandalus: a quo idem Iohannes Annus certis argumentis. Vindelicos esse ortos docet/ quod non satis probo/cū Vandali & Vindelicī longe differant/Vandalum postea in regno Tuysconum secutus est Teutanus qui Mercurius Germanorum traditur fuisse. Hic sacrificios ritus indidit/De quo Lucanus:
Et quibus inmitis placatur sanguine dirō
Teutanus/ horrensque feris altaribus esus.
Ab eodem Teutonicos dictos existimo/resegit etiam Bersus Herculem Almannum regnauisse apud Tuyscones. Hic est ille Hercules: de quo Tacitus ait. Germani apud eos Herculem fuisse commemorant/ primumq; omnium virorum fortium ituri in prælia canunt. Annius putat hunc Almannum dictum vel quod Manni filius fuerit/ vele in regno successerit/ noster Ladislaus regius Capellanus me certiore reddidit: ædem sacram Insulæ Rhenanae Augæ majoris: a Deo ipso Alman ab accolis cognominata. Hinc Sueuos Alemanno dictos credant/ hos Fla. Vopiscus in Proculo cōmemorās ira inq. Nam Ale manos: qui tūc Germani dicebant/ nō sine glorie splēdo re cotriuit/ nīl Alemāni(vt pleriq; credunt) a lemāno lacu nome habuerint quodcūq; sit/ diutius in Germanorū noīmetusta cōquisitiōe euagati ad rē redeamus. Germania vocabulū recens esse dicunt libro. vij. Strabo & Tacitus nuperc̄ additū/qm̄ qui primi Rhenū transgressi sunt Gallos expulerit; at nūc Tūgrinūc germani appellati sunt/

*mod & chmoy
peuf mōy*

Vandalus

Teutanes.

Ambigatio

Ambigatio

Sed nūc lūcīg

peuf mōy

Sequari, / Nida

Ita nationis nomen non gentis eivaluisse paulatim: ut omnes primum a victore ob metum/mox a seipsis inuenient nomine Germani vocarentur. Ego autem id magis vetustum credo/ Prisco enim Tarquinto Romæ: & Ambigatio supra gallos regnante/in Italiam Gallorum transitum T. Liuius libro. v. prīmæ decadis describit/ & de Belloue so Ambigatio sororis filio: cui augurio quodam Diū locutum in Italiam viam dabant: ita inquit/ alta subinde manus Germanorum Elitouio Duce: vestigia priorum secula: eodem saltu fauente Belloueso cūm transcendisset alpes. vbi nunc Brixia ac Verona sunt/ retuli etiam prius/ Belgas a Germanis plerosque ortos Rhenum antiquitus traductos: ut Cæsar Dictator ait. Habet autem ab Oriente Germania Dacos: a meridiē Italiam: ab occidente Gallos: a Septentrione Sarmatiam prope oderam. Idem Strabo libro. iiij. Post Eluetios Sequani et Mediomatrici Rhenum incolunt/ in quibus Tribochi natione Germani/ relictio natali solo Reno que trajecto sedes posuerunt. Tribochos autem noster Cæsareus Poeta Conradus Zeltis Protocius/ a tribus quercubus antiqua religione Nymphae consecratis nuncupatos affirmat. Tribotes que vocabulo corrupto cognominatos nunc Argentinenses: de quibus etiam postea Suetonius Tranquillus scribit: Germani ab Augusto Cæsare vltro Albim fluuium submoti ex quibus Suevi & Sicambri dedentes se traducti in Galliam atque in proximis Reno agris collocati sunt/ idem Strabo libro. vij. Germani portionem quandam ad Galliam traduxere Romani. Si igitur Belgæ ut plurimum a Germanis orti/ Germani etiam ante Cæsaris Dictatoris tempora cisrhenum habitatūt: & inter Belgas ac Rhenus medij sunt. Gallos quoq; expulerunt/ ipsiq; imperaverunt/ non video quomodo antiquitus: Gallis Germani paruerint. Ammianus Marcellinus. historiæ Augustæ cōscriptor diligentissimus. qui & sub Imperatore Cæsare. F.

Cum ip̄s j̄m̄ Rep̄tare Vocabulo vj p̄
Vrgm̄ sub angulo frangere

Claudio Iuliano Augu. F. Constantij fratri Constantini
Maximi filio militauit/diuq; in Gallia atq; Germania fu-
st. Libro suo, xv. sic inquit, Superiorem et inferiorem Ger-
maniam Belgasq; duas iurisdictiones ijsdem temporibus
rexere/at nunc numerant Prouinciae q; oem ambitu Gal-
iarum/Secunda Germania; prima ab occidental exordi-
ens cardine Agrippina & Tigris munita ciuitatibus/am-
plis & copiosis/dein prima Germania vbi prater alia mu-
nicipia Maguntiatus Vangiones Nemetes & Argento-
ratus Barbarici adib; nota; post has Belgica prima Me-
diomatricos protendit/ & Treuiros domicilium Princis
pum clarum; huic annexa est secunda Belgica/ qua Ami-
biani sunt vrbis inter alias eminens fuit: ex illa diuisione di-
lucide compemus, Germanias cisrhennanas olim fuisse:
et hodie esse: quod Strabo eodem libro, iiiij. confirmat in/
quiens, post Nediomatricos & Tribochos TransgriRhe-
no adiacent; apud quos Ro. Imperatores contra Germanas
nos belligerantes hac tempestate pontem aedificant/ loca
haec transrhenum incolebant Vibii: quos ad interiorē riv-
epam traduxit Agrippa/nec in iuitos quidē contigui Trans-
gri sunt Nerui & hñ quoque natio Germanica/ notissim
mi ad utruncq; fluminis ripam habitant Menapij: hijs per
paludes & nemora domus sunt/nō proceræ quidem ma-
teriae/ sed densæ & dumosa: secundum istos Siccambri
Germani consistunt: huic fluuiatili regioni toti superemi-
nent Germani alijs quos Suevos appellant/ qui potentia
& hominum frequentia cæteros antecellunt/ credebā ver-
bum Vibij supra positum. in Strabone minus emenda-
te impressum esse. Sed cum Hermolaï Barbari castigatio-
nes Plinianas perlegisset/comperi eum referre/ Strabo
Vibios appellat. credo tamen Vibios dici/ ipse quoq; dis-
cit vitulum esse contra Coloniam Agrippinensem ultra
Rhenum Vibium cognominatum: sed de Vibis alia sub-
iungemus. Idem Tacitus ait ipsam rheni ripam haud du-

bile Germanorum populi colunt/ Vangiones Trebochi
Nemetes. Vbi quidem Ro. Colonia esse meruerint: ac li-
bentius sui conditoris nomine vocentur/ origine erubet
scunt/transgressi olim/ & experimento fidei super ipsam
Rheni. ripam collocati sunt ut arcerent: non ut custodi-
rentur. Tranquillus in Ottione Cesare inquit. Sub idem
vero tempus Germanicianus Exercitus in Vitellij verba
furauit; quod iuramentum factum esse constat: Agrippi
nae per Fabium valentem: quem secuti sunt Exercitus su-
perioris Germaniae. idem Tacitus libro. xij. Sed Agrippi
na Augusta Claudijs Cesaris Coniuncta, quo vim suam lo-
cij nationibus ostentaret/ in oppidum Vbiorum in quo
genita erat: veteranos coloniam que deduci imperat: cui
nomen inditum ex vocabulo ipsius/ ac forte acciderat/ ut
eam gentē Rheno transgressam auus Agrippa in fidem
acciperet. Vnde Iulius Paulus iureconsultus: qui vna celi
Domitio Vlpiano assessor Papinius fuit: ab Antonino
Heliogabalo Cæsare (qui se iniustum & summum Solis
sacerdotē appellauit, ut clare ex eius nomismatis perspec-
tum habui) vel a Marco Aurelio Seuero Alexandre Cæ-
sare Praefectus factus: ita scribit. In Germania inferiori A-
grippinenses: Italici sunt iuriis. extat adhuc oratio apd Ta-
citum libro. xx. historie Augustae/ qua Tenetori Rhe-
no discreti gens missis legatis mandata apud Concilium
Agrippinensem/ edi iubent: quam ferocissimus unus e
legatis in hunc modum protulit. Redisse vos in corpus
nomen que Germaniae communibus Deis: sed præcipuo
Deorum Marti grates agimus/ vobis que gratulamur/
quod tandem liberi inter liberos eritis: nam adhuc diem
flumina ac terras & coelū qdamodo ipsum clauerat Ro-
manis: vt colloquia cōgresuſsq; nr̄os arceret/ vel qd' cōtu
meliosius ē/ viris ad arma natīs inermes: et ppe nudis sub
custode et p̄cio coiremus/ sed ut amicitia societasq; nr̄a ī
eternū rata sint: postulamus a vobis/ muros Colonie mu-

159
In limenta seruicij detrahatis / etiam fera animalia si clausa
teneas / virtutis obliuiscunf. Romanos omnes in finibus
vestris trucidetis; haud facile libertas & domini miscetur
bona intersectorum in medium cedant / ne quis occulere
quicquam / aut segregare causam suam possit / liceat vobis
nobisque tranque ripam colere / ut olim maioribus no-
stris / quomodo lucem diemq; omnibus hominibus / ita
omnes terras fortibus vtris natura aperuit. Instituta cukū
q; patrium resumite / abruptis vectigalibus quibus Ro-
mani plus aduersus subiectos quam armis valent / sines-
rus & integer / & seruitutis oblitus populus / aut ex equo
agetis; aut alijs imperitabitis. Agrippinenses consultas
di spacio sumpto in hunc modū respōderūt. Quæ patræ
libertatis facultas; data est / audiūs quam cautiūs sumpli-
mus / vt vobis cæterisque Germanis / consanguineis nos-
tris fungeremur; muros ciuitatis cōgregantibus se tum
maxime Romanorū exercitibus / augere nobis quam di-
ruere tutius est. Si qui ex Italia aut prouincijs alienigenæ
in finibus nostris fuerant / eos bellum absumpsi / vel in
suas quisq; sedes refugere / deductis olim / & nobiscum p-
connubium sociatis: quicq; mox prouenere: hæc patria ē:
nec vos adeo iniquos estimamus / ut interfici a nobis pa-
rentes / fratres / liberos nostros velitis. Vectigal & onera
commerciorum resoluimus; sint transitus incustoditi / &
diurni / & inermes; donec noua & recentia iuri / in vetu-
statem & consuetudinem vertantur / arbitriū habebimus
Ciulem & Velledam / apud quos pacta sancientur. Vel
leda autem que fuerit Tacitus ibi declarat, hanc orationē
& Agrippinensium responsionē ideo referendas censuit
vt etiam ex hijs Agrippinenses Germanos esse cognosce-
remus; sic de Moguntiaco satis cōstat, de quo diuus Hie-
ronimus & etiam alijs ad Geronciam ita scribit. Mogun-
& in eccllesia multa hominū milia trucidata. Vangiones

longa obsidione deleti. Remorum vrbis præpotens / Am-
biane Attrebate extremi que hominum Morini Tornacū
Nemete Argentoratum translatæ sunt in Germaniam /
de Nemetibus Sebastianus Brand optimæ eruditōis vir
& communis amicus noster / ad Marcum.

Inter Germanos. Nemetum celeberrima Spyra

Quondam erat / a nobis nomen habere studens;
De Moguntia Celtis noster ad suam Vrsulam cecinīt.

Moguntiaca que stant in moenibus vrbis

Sollicitas oculos vnica cura meos

Inter quæ Drusī stant ardua busta Neronis

Clara a Germanis nomina primus habens

Ildem Celtis ad Rhenum.

Argentoracos Nemetes & Vangionasque

Abluit irriguo fons tuus ille vado

Iamq; Moguntiacam vastus te flectis ad vrbem /

Quæ prima impressas tradidit ære notas

De hac arte impressoria idem Brand.

Nuper ab ingenio Rhenanæ: gentis & artæ.

Librorum emersit copia larga nimis

Et qui diuītibus: vix Regi obuenerat olim

Nunc liber in tenui cernitur esse casa

Gratia dijs primum: mox impressoribus æqua

Græcia / quorum opera hæc: prima reperta via est.

Quæ doctos latuit Græcos / Italosq; peritos

Ars noua / Germano venit ab ingenio.

Mouit mihi stomachum Præceptor meus: rerū vetustas
aliquin solertiſſimus inquisitor Pomponius Lætus / vo-
luit enim nobis Germanis / inuentæ artis impressoriæ lau-
dem præripere / ad Augustinum Mapheum scribens / ita
ait. Imprimendi facultatem / multis ſæculis intermissam
paulo ante reuocatam esse. Vnde hoc diceret ego plurim
cum cunctatus sum / cādem ex Francisco Cardulo Nar-
tiensi didici / eum diuī Cipriani ſententia fretum fuisse / is
c

enim de Idolis scribēs inquit Saturnus Litteras imprime
re & significare nūmos in Italia p̄imus insluit: qui licet
tarus apud Pomponium vetustatis inuestigandæ Christi
anus testis est: fidem tamen non facio: Diuum Ciprianum
de ea impressoria arte (qua nunc utimur) locutum fuisse/
sed & Saturni tempore calamī vel pennæ vsus non erat/
Litteras forte ferro vel lignas impressit/ cæterosque docu-
it/ non coniunctim/ v̄e singulas particulatim imprime
do debito ordine locare, vel ut idē noster Episcopus Ter-
gestinus opinatur. Saturnum docuisse litteras imprime
reas quæ in nomiſ matiſ expreſſe ſunt/ non quæ nunc pa-
pyro imprimitur. Signauit enim æs p̄imum in Italia cū
Iano monetam/ & in æs impressit litteras, ſic deus etiam
verus apud Hieremiam capite. xxxii. ait. Agri ementur pe-
cunia: & ſcribentur in libro/ & imprimetur ſignum.
Reditum facio/ ad vtrāq; Germaniam/ idem Tacitus li-
bro. xij. Historiæ Augustæ h̄is temporibus in ſuperiore
Germania trepidatum aduentu Chattoꝝ latrocinia agiſ-
tantium/ Deinde. L. Pomponius legatus auxiliares Van-
gones & Nemetes/ addito equite alario/ monuit/ utante
trent populares. idem libro. xx. Spreto Flacco inferiorem
Germaniam petuere/ ut Claudio Ciuiili ſungeretur/ erat
enim regia stirpe Barauorum princeps. Herenius Gallus
Bonnam obtinuit. Titus Liuſ libroc. xxxvij. L. Floro,
in epithomate referente/ Ciuitates Germaniæ cithenum
& transrhenum poſtas a Druso oppugnatas fuiffe. Idem
Florus libro. iij. epithomatū de bello gallico. Drusus miſ-
sus in Germaniam prouinciam/ primos domuit Vſipes
& Marcomanorum ſpolijs in ſignibus/ quendam edi-
tum tumulum/ in trophy modum excoluit: inde validif-
simas nationes. Cheruſcos Sueuos & Siccambrós par-
ter aggressus eſt. Germani poſtea. Quintiliuſ Vari libidu-
nem & superbiam, haud ſecus quam ſauitiam/ odiſſe ce-
perunt/ & Arminio duce armis correptis occiſae ſunt. Va-

ri, iij. Legiones: nihil ea cæde per paludes/ perque ſiluas
eruentius/ nihil inſultatione Barbaroruſ intolerantius/
præcipue tamen in caſarum Patronos/ alijs enim oculos
alijs manus amputabant/ vnius os conſutum reciſa pri-
us lingua/ quā in manu tenens Barbarus: tandem inquit
viperæ ſibilare deſiſte: ipſius quoque Consul's corpus qđ
Militum pietas humi abdiderat eſoſſum/ aquilaſ etiā dus-
as Barbari poſſederūt; tertiam ſignifer: priuſq; in manus
hostium veniret/ euulſit: mersa que inter balthei ſui late-
bras gerens in cruenta palude latuit/ hac clade factum/ ut
imperium. Ro. quod in littore Occeanī no n ſeterat/ in ri-
pa Rheni fluminis ſtaret/ tunc ea Vari Clade ſive Titi En-
nij prætoris cæde/ legione etiam Marcia amiſſa/ Ciuitas
noſtra plurimum nobilitata/ forum publicum apud nos
Perlaucm/ a perdiſa legione cognominant; vbi aliquan-
do inſcriptum fuit.

Indicat hic collis Romanam nomine cladem

Martia quoque legio ſimul perijt.
Cecidit que ea pugna cum equitatū Macedonico Auar
græcus Bogudis filius: rusticæ ex eo domus nō longe ab
Augusta adhuc Chriechſauar appellatur.

H̄is nomen terris Bogudis dat regia proles

Græcus Auar pecudis de Sueuī more litatus.

Ex vrbis tunc principib⁹ occubuere/ Habino a quo col-
lis Habinberg ita inſcriptus eſt.

Præfectus Habino ſe viſtum atque ſepultum

Perpetuo montis nomine notificat.

Et Caccus qui villa Cacchingoo nomē dedit/ auxit hæc
ſolinoſtri nativuſ nobilitatē/ Decimus Drusus Tiberii Ne-
ronis filius Cæſaris Auguſti ex Liuia Druſilla priuigiuſ
reſtituit quidem urbem aedificijs/ & Arce contra Panno-
nes munitiſſima cuius veſtigia in campo Burgi in ſubur-
bijs portæ Virginea adhuc conſpicimur. Amplificatur
que indies ab inuicto Cæſare Maximiliano Aug. Pio ſe-

c. ij

lice Patre Patriæ. Suprascriptos itaq; autores/ testes iculpatæ vita summa doctrinæ & experientie/ fide nulla vacillantes referre volui/ ut tua Dominatio aperte perspicere/ Germanias ambas inferiorem & superiorem/ primā & secundam/ inter Belgas & Rhenum antiquitus, etiam ante Cæsaris Dictatoris tempora fuisse. Gallos expulisse fixisse que ibi sedes suras: & quod Rhenus/ easdē/ a magna Germania separaret.

G Contra nos forte patriæ Germaniæ desertores testes eosdem proferent/ quibus si poterimus/ satissimemus/ dicunt ipsi. Idem Cæsar libro primo de bello Gallico ait. Belgiæ proximi sunt Germaniæ/ qui transrheni incolunt. Idem Tacitus Germania omnis a Gallijs Rhetijs & Pan nonijs Rheno & Danubio fluminibus a Sarmatis Dacis que mutuo mētu aut montibus separatur/ cætera occasus ambit. Idem Tranquillus in Dictatore/ gessit autem ix. annis/ quibus in imperio fuit hæc fere omnē Galliam que a saltu Pyreneo Alpibus que & monte Gebenna fluminibus Rheno & Rhodano continetur. Idem Plinius suprascripto capite. xvij. Agrippa vniuersarum Galliarum inter Rhenum & Pyreneum atq; Oceanum ac montes Gebennam & Iuram quibus Narbonensem Galliam excludit. Lōgitudinem. cccc. xx. M. passuum / latitudinem ccc. xiij. computauit. Et Solinus de mundi mirabilibus inquit. Galliæ inter Rhenum & Pyreneum/ item inter Oceanum & montes Gebennam ac Liren porrigitur foeciles/ & Paulus Orosius Gallia Belgica habet ab Oriente fluminis Rheni Germaniam. Item Eutropius libro. x. de gestis Romanorū ait. A Iuliano Cæsare Constantij Cæsaris sororio/ atq; patruele/ modicis copijs apud Argentoratum Galliarum urbem ingētes Almanorum copiæ extinctæ sunt. Paulus etiam Dyaconus/ in additionibus ad Eutropium capite. iiij. Gracianus apud Argentariam/ opidum Galliarum formidolosissimum bellum incredib;

li felicitate confecit. Ex hijs autoribus/ nostrisq; testimoniis/ Germaniæ desertores/ argumentari volunt/ Provincias omnes cisrhenanas ad Gallos spectare debere: quod insiciari volumus. Et id approbamus. vetustissimos Galliæ terminos aliquādo ad Rheni fluminis partem protensos fuisse/ ex eo que Germanicis rhenani/ ad Gallos non pertinet/ sed Gallis expulsis/ Germani cisrhenum sedes proprias fixerunt/ ibicq; Germaniæ/ superior atq; inferior/ appellatae/ nunquam Gallis/ sed vel Romanis/ vel Cæsaribus Augustis/ vel etiam Regibus vera origine Germanis paruerunt: & multo etiam tempore liberi fuerūt/ praescripti etiam testes; ut certo persuasum duco/ cum de Rhe no loquuntur/ non proximum hunc terminum/ sed magis notiorem significant. illud tamen nō nego: veteres Eluetios & Rauracos ad nantuates usq; quos appellant Cōstancienses olim Gallos: nunc autem Germaniæ superiores esse. Plinius quidem Nantuates non meminit/ verum post Rauracos a Cæsare Rauracis dictos Principiū Trichoborum/ ad germaniam cisrhenanam superiorem porrigitur. nec Orosius Galliam eo loco usq; ad rhenum describit/ sed ad Germaniam Rheni fluminis hoc est cisrheni/ ut Ammianus docuit. Præterea si Gallia Belgica alii quando usq; ad Rhenum non tamen in omnes ipsius fluminis partes protensa fuit/ quod satis docet Strabo libro eius. iiiij. ad cuius insitum ita inquit. Belgas vero nominabant/ reliquos Oceanō confines: usq; ad ostia Rheni: & nonnullos Rheni & Alpium vicinos incolas/ & etiam p hoc certo constare non poterit/ Germanos Cisrhenanos Gallis paruisse/ nisi victor victo paruerit. Gallienim sunt victi a Germanis atque expulsi.

G Quod autem Helvetiæ antiquitus fuerint Galli: & qđ eosdem a Germania magna diuidat rhenus: docet Cæsar libro primo de bello Gallico: & Cornelius Tacitus libro c iiij.

xvij. ait. Irritauerunt turbidum ingenium Heluetij gens
Galica soliti in armis; nunc autem ab Alpibus Italæ immi-
nentibus & Rheni origine siue ex Lepontijs (ut idem
Cæsar libro. iij. inquit) oriatur siue Rhætos Tacio aucto-
re & Noricos interfluat. siue ut idem Strabo prædicto lis-
bro ait. Et Nantuate lacusq; Pelemera per quem Rhoda-
nus effertur & fluminis ipsius fontes non longe autem ab
illis sunt Rheni fontes. & mons Adualla ex quo in Sep-
tentrionem Rhenus excurrit: & diuersa ex parte Adua in
lacum Larium iuxta Comum intrans. verbum Adualla
credo legi debere Adula. Heluetij non sunt Galli: sed Sue-
ui Germani: scribuntq; se iuratos/ veteris confederatio-
nis Sueviæ/de quibus noster Celtis ad Ursulam suam.
Pulcher Eluetias vbi Rhenus concoquit vuas

Gallia Germanis proxima rura secans.

Rursus cum quibus controuersia est/ nobis obijciunt/ si
Germani cisrhenani non paruerunt Gallis/ quid de Fran-
cia regibus/ Clodoneo scilicet/ qui Argentoraci ut audio
ecclesiæ/ maiorem & diuini Petri erexit. Dagobertus Clo-
tharij. ij. filius fundauit cisrhenana monasteria Albibur-
gium qui tamen non latino non etiam Gallico sed Germa-
nico nomine Anno Christianæ salutis. DC. xxij. dñe. xi.
Maij. Anno regni sui. xxij. ex loco weissenburg appellat-
uit. Inseruitq; eisdem fundationis litteris alia plura locorum
cisrhenum germanica vocabula & domum nouam prope
wormaciam Neuhausen cognominatam: confederatus
rubiaci/ vbi arcem munitissimam Germanico nomine ap-
pellatum extruxit. Item alijs Pipino & eius filio. karolo
magno cæterisq; eorum posteris/ quibus totus Rhenus
paruit/ & sub eorum iugo fuit: Argentinenses vtuntur li-
lio/ in nomismate insigni scilicet regum Franciæ/ ergo eis
subesse debent/ proh fortissimum argumentum.

Ego respondeo/ si Germanus Romanorum Cæsar/ si

ue Rex supra Gallos Francosq; occidentales regnaret/ ci-
dem iure/ non solum Rhenus/ sed & Germania vniuer-
sa subesset; & sic Franciæ occidentalis rex. ut Germanus
Romanorum Cæsar/ subditione sua Rhenum & germa-
niam haberet vti habet/ rogo ex Patriæ Germaniæ deser-
toribus/ qui fuerunt Franciæ reges Rhenum possidentes
certe non Galli: non Hispani: sed vera origine Germani/
olim enim & antiquitus/ Franciæ non erat pars Galliæ/ sed
Germaniæ: Blondus Flavius Forliviensis historiarum ab
inclinatione imperii libro primo sic inquit. Sed Franci &
ipsi Germani ex ea Provincia que nunc etiam Franconia
appellatur/ oriuntur/ tunc erant in Gallijs/ eos autem pri-
mus Romanorum! Dicum domuit in patria Constanti-
us Flavij Constantini filius/ ea que accepta clades tunc ef-
fecit/ ut semper postea usq; ad Honorij & Arcadij tempo-
ra fuerunt in Patria quietissimi. Eorundem vero Impera-
torum anno. viij. mutandi melioris soli gratia/ patrijs sedi-
bus relictis Rhenum transmiserunt/ & apud Treuiros Me-
diomatricos qui & Metenses ac Leucos qui & Tullenenses
Veredimensesque confederat/ quos Suevi ob vetustas
simultates instigantibus Vandali Burgundiones atque
Alani/ per vim & arma/ in Franconiam se recipere cōpu-
serunt/ Francis ultra Rhenum pulsis/ Vandali/ Alani &
Suevi/ ad diripiendas vastandasq; Gallias sunt profecti/
Burgundiones autem sedes illoco capere constituerunt/
easque delegerunt apud Heduos: Vesuntios: Lingonas:
Cabilonenses & Matisconenses: in quibus proximisq; ci-
uitatibus adhuc usq; tempora mansere: ut ipsis in locis/
pars eius regionis/ que prius Gallia Belgica fuit dicta/ an-
nos iam mille Burgudia nominetur. Vandali autem Sue-
vi & Alani interea eam Galliæ partem/ que Aquitania ap-
pellatur/ a Ligei ad Pyreneum Britannicum que mare
pertinet/ populationibus incendijs que foedarunt/ fuit
que hijs Barbaris animus Pyreneo transmisso in Hispa-

franca

blondy
partly coming

blondy coming

so sehr von den germanischen Stämmen
verwirrt und verwirrend
ausgegangen

OKtober 18. 1907

niās irrumpere; sed ab eius mōtis Salebris repulsi/in Gal-
liæ mediterranea secessere; licet postea incolarum viribus
deturbatis/intra Hispanias admissi sunt/Vandalī Suevi
& Alanī; plerisq; vrbib; expugnatis; ad Lusitanos con-
tendentes. Vl̄ixbonenses pecunijs multarunt/qui diuisi-
s inter se prouincijs interioris Hispaniæ; Vandali Bethi-
ca Suevi atq; Alanis Lusitania obuenit, postea sorte ite-
rā inter Alanos & Sueuos ducta. h̄i Vl̄ixbonā & quicquid
ultra pertinet ad Beticam/illī Emeritam cum omni Galli-
ciā habuerunt/soli Cantabri & Astures Gallicæ prouin-
ciæ populi/Romanorum iudices conseruauerūt, haec de
Suevi nostris inseruisse placuit/quad olim Lusitanos ar-
mis oppugnabamus;nunc eos negotiationibus petimus
maiores nostri exteris aggressi/ nos bellis atq; seditioni-
bus intestinis/inuicem atterimur/ & saeuitiijs mutuis ob-
ruimur. Sed ad Francos redeo: Etius Patricius Gaudensij
Moesij ex Dorostana vrbe filius/ Exercitus Romani dux
insignis/Francos iterato Rheni ripas insidentes/irrupen-
tesq; in Galliam magna superatos coēde in Germaniam
repulit. Idem etiam Blondus libro. ij. inquit. Diximus su-
pra/Francos vetusta origine ex Franconia Germanos/a
Vandalis Burgundionibus & Alanis primo/ & post ab
Ecio fuisse ex Gallijs in patriam repulso; h̄i ergo tempo-
ribus Valentianii, ij. Constantij & Placidæ filij Cæsa-
ris/Etiū in bello Burgundionum implicari;& impera-
torem amissis in Africa copijs eneruatum viribus audien-
tes/Clodione & Meroneo filio ducibus/ ex Frāconia sūt
profecti/& Rheno transmisso/ nullis iam qui resisterent
reliquis/in Senonum prouincia sedem apud Aurelianen-
ses Parisiosq; ceperunt/ tunc ea pars Galliæ Sennonensis
Parisiorum ab imperij inclinatione Anno. xxvi. subiecta
est Francis/ id est Franconibus Germanis/iterum Gallos
sub iugum suum mittentes. M. Antonius Sabellicus lī-
bro. ix. Enneadis. viij. ita inquit. Erat per id tempus pra-

ter Sueuos altera Germanorum gens in Gallia. Francos
sea Franconia dixerūt Germaniæ parte/vnde aliquot an-
te annos fuerant profecti. Idem præterea libro primo En-
neadis. viij. superiorem Blondi historiam comprobat. Si
ergo Clodonei Clotharij Dagoberti/ & ceteri ad Pipinū
vñq; ex stirpe atq; sanguine Clodionis & Merouci Ger-
manis Franconibus procreati Orientalis & Occidentalis
Franciæ Reges Rheno dominati sunt/ propterea Germa-
ni cisrhēnani/ non sub Gallis sed Franci Germanis erāt.
Idemq; Dagobertus. n. non solum Franci rex constitutus
erat/ sed & supra Burgundiones & Austrasios regna-
bat/ qui tunc sub Germanis cisrhēnani computabantur
Non ut occidentalis Franciæ/ sed ut Rex Austrasiorum
(quos modo Lotharingos & ex Lotharij regno dicimus:
regno scripserunt/ex Austrasia scilicet inferiori: superior
enim circa Metas erat/ eorundem Regno distinctionē
noster Sebastianus Brand in vita diui Germani declarat.
Tempore quo Franci Dagobertus rex venerandus

Praefuit/Austerix/ & Gallica sceptrā tenens.

Et quia vniuersa tunc Germania Franconibus subiecta
erat/Germanis cisrhēnani imperitabant: Quorum ciuitates
insignis & eorum armis/coloribus non Regū Fran-
ciæ occidentalis; non etiā ranis nec lilijs sed Francorum
germanorum albo scilicet & rubeo/vñi sunt 'hodieq; uti-
tur. Vetusta Coloniæ Agrippinensis arma/Ducatus Frā-
coniæ/ acies triangulatae albæ & rubeæ/quibus etiam di-
uis Magis tribus eo translati (aciebus semotis)& ijsdem
coloribus retentis Coronæ tres additæ sūt. Habet Mogū-
tia rotas duas albas in campo rubeo. wormacia clauem al-
bam/in campo similis coloris. Spira ecclesiam rubeam in
campo albo. Argentina campum album/ quem (ut vulgi
vocabulo vt) strata p medium scindit/a Straspurgio de-
sumpta. Tholosæ etiam regnum tūc in Gallia separatum
d

Arberto & Chilperico filio regibus defunctis: Dagoberto cesserat/ supra etiam mille & centū annos/ Illusfris Masso Sueuorū dux Monasterium quod Masonis appellant/ apud Sungoios non longe a Rheno erexit. Ibiique cum filio tumulo conditus est. Euerhardus eiusdem prouinciae dux Ecclesiam Morbacensem Alsatiæ Christianæ religio nī dedicauit/ adeo quod etiam antiquitus non omnis rhe nana regio sub Franci Germanis fuit. & Leone. iiiij. Cæ. Aug. Constantinopolitano Childericus. xxij. & ultimus Merouei Germani Franci prosapia ex clero Rex. qui E ticonem diuæ Odiliae patrem consanguineum suum Alsatiæ Ducem creauerat/ alias cum a prædecessorum suos sum moribus descrevit/ & regibus Germanis Frâcis obviā quibus immersus lôge absimilis/ oportunum necessaria frumq; esset/ ut iterum Gallis Germanus Rex præficeretur. Iccirco consilio Zachariæ Pont. Max. Pipinus Dux Brabantius & Austrasiorum / etiam Germanus maior que domus Franciæ (agebat enim in palacio Treuerensi) per proceres Franciæ Rex declarat. cuius posteri Germani origine vsq; ad Luduiscum Arnulphi Cæsaris filium/ supra Gallos regnarunt: ut postea facilius declarabimus: Francorum modo originem altius repetamus. Pius. II. Pont. Max. in Europa sua inquit. Franci quidem Troians Illo delecto Priamo duce Priami ex Sorore nepote per Postum Euxinum i Meotidas & in Scythiam peruenere/ ibi que Sicambriam condiderunt/ a qua dicti Sicambri: & manserunt ibi vestigales: ad Valentianii Cæsaris tempora/ cuius iussu quod Alanos rebellis in ditionem eius coegerunt/ in decennium libertate donati sunt/ & mutato nomine Franci appellati mox effrenes facti/ iugum Romanum recusantes/ Scythia digressi & in Germaniam profecti/ Turingiæ confederunt: & Faramundum Marcomedi filium Anthenoris Nepotem supra se Regem constituerunt: cuius filius Clodoueus crinitus/ sive Clodio & Fran

ci transmisso Rheno Romanos fugauerunt: & aucti potentia/ subiugatisq; Moguntia: Treueri: Agrippina: Tornaco: Cameraco: Remis: Sueffona: et Aurelianum regnum eorum ab Aquitanis usq; in Baioariam extenderunt. Clodoueo succedit Meroueus filius/ a quo Franci dicti sunt Merouingi Rupertus Gaguinus in Francia sua/ Meroueuum hunc/ non meminit Clodionis filium/ sed sibi sanguine propiore iunctum/ ego mihi persuadere non possum: nec etiam credo/ sub Valentiniano Cæsare/ Sicambros primum Francos appellatos/ in Germaniamq; profectos fuisse. miror etiam eundem Gaguinum Francos Germanos subtiluisse; sed forte non mirandus/ cum alias rerum ordinem non satis complexus est: Sicambri ante Cæsaris Dictatoris tempora/ sedes suas fixas apud Germanos habuerunt. Libro em. iiiij. de Gallico bello inquit. Vsi petes & Teuchateri se transrhenum in fines Sicambrorum recesserunt/ quare ipse ponte supra rhenum extructio in fines Sicambrorum contendit. de quibus M. Val. Marcialis ad Domicianum Cæsarem.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Et Iuuenalis Satyra. iiij.

Tanç de Getis aliquid tornisq; Sicambris

Et Celtis noster ad Rhenum ait.

Ad Lobicas arces mox incipis ire tricornis

Cum trifido scindens flumine Rhene caput

Iffula ad Arctoas gentes/ sed Balus in Austris

Rhene sed in medio gurgite nomen habes

Hac Bataui; madidicq; habitant loca nota Sicambri!

Quos modo Gelrenses flammeosq; vocant

Hollandosq; canis habitant qui vittoria terris

Suspensos dubio/ per fræta soeva metu.

Sic ergo longe ante Valentianum Cæsare Sicambri Germani fuerunt/ & etiam Frâci in Germania appellati/ a vocabulo Germanico Francken/ quod liberum interpretat;

quasi iugo Romanorum seposito / Germani in libertate
proclamabāt, de quibus Flavius Vopiscus ait in Aurelia
no Cæsare. Idē apd' Moguntiacū Tribunus Legiōis sex
tae Gallicanæ Francos irruentes cum vagarentur per totā
Galliam sic afflxit / ut. ccc. ex hijs captos / septingentis in
teremptis. sub corona vendiderit. vnde iterum de eo fac
ta est cantilena. Mille Sarmatas; mille Frācos semel: & ses
mel occidimus / mille Persas querimus. & in Floriano Cæ
sare / responsum est ab Aurispicibus quandocunq; ex fa
milia eius & Taciti Cæsaris fratris sui imperatorem roma
num futurum / seu per foemina[m] seu per virum: qui det
itidices Parthis ac Persis: qui Francos & Alemanno[s] sub
Romanis legibus habeat. Et idem in. M. Aurelio: Probo
enim uero quæ mundi pars est quam ille vincendo nō dī
dicerit testes sunt Marmaridae in Africæ solo vicii testes
Franci in uix strati paludibus. & quod idem de Frācis in
Proculo refert præterire volui. Quare Blondus ut p[ro]mis
sum est / iure optimo Francos Germanos scripsit. sic etiā
Eutropius libro. x. inquit. Constantinus Maximus Maxi
miani Herculij gener in Gallijs & militem & Prouincialium
in gente fauore regnabat / cæsis Francis & Alemānis:
scriptūq; est: in Panegyrico eisdem Cæsaribus dicto / for
titudinem autem illius iam tum in principijs consecutus
es / multa ille Frācor[um] milia qui & Barauia alias que c[on]fir
mū terras inuaserant / interfecit / depulit / abduxit. Ammia
nus preterea Marcellinus ait. Francos petit quos consue
tudo Salatiōs appellauit / aulos olim in Romano solo as
pud Toxandriam locum habitacula sibi figere: de Toxās
dris Plinius libro. iiiij. ca. xvij. scribit: ego autem puto Sa
latio[s] a Sala flumine Franconie dictos qd' in monte Vich
tilberg a p[ro]ni vulgo appellato oris: celeb[us] ratū a Celti nrō.
Francia Germano mihi stirps & origo poetæ

Hercinie medio cincta beata sinu/
Quam moenus medium perlambit vitifer oram

Cuius quadrifluvio nascitur vnda iugo
Piniferis: cuius de vertice flumina quattuor
Quatuor in partes orbis amena cadunt/
Mœnus ad occasum Francorum fertur in oras
Sala sed Arctois perditur Albis aquis.
Egra sed eoi petet ardua regna Boemi
Sed Nabus Histriinis insinuatur aquis.
Inde Salicam legem a Salatijs dictam / quæ incipit Moises
gentis iudeorum. & subiungitur Theodericus Rex Fran
corum cum esset Catalonis / ipso dictante iussu scribere le
gem Francorum Almanorum Baioariorū / vnicuq; gen
ti quæ in eius potestate erat; secundum consuetudinē sua
addidit / quæ addenda erant / & sequitur. Quicquid The
odericus Rex propter vetustissimam Paganorum cōsues
tudinem emendare non potuit: post hæc Ildebertus rex
inchoauit. Sed Clotharius rex perfecit. hæc omnia Dago
bertus Rex gloriosissimus per viros illustres Claudium /
Codonidum magnum & Agilulfum renouauit / & iterū
sequitur dictauit legem Salicam. Proceres ipsius gentis /
qui tunc aderant / Rectores: id est Vuisogaste / Salegaste
& Vuidogaste Arogaste Bedogaste / Vironadi / in loco
cognominato / Salechamne Bodecamne & Vuidocam
ne: nescio cur Gaguinus hanc Saliquam appelleat. Verū
si supputabis Cæsares a Valeriano usq; ad Valentianū
III. sub quo Franci Germani regnum suum in Gallos ex
tenderunt / inuenies illos nō solum sub Valentianō sed
etiā antea Francos Salarios Germanos dictos fuisse / pos
sumus cōiectura a Immittere: cum Siccambrorum pars ad
Germaniam inferiorem contendenter: etiam ante Cæsaris
Dictatoris tempus: reliquos in Germania (vbi nunc Frā
conia est) cōsediisse. quoq[ue] reliquias Cæsar Augustus: vi
tra Albis adhuc constitutas. Siccambrös Germanos sub
mouit: & ad Rhenum collocauit. sic Francis Germanis /
Gallis in deditionē coactis: regni sui auctis finibus ab Oce
d. iij

Lando fridu
Eburonarum

86
X indicatio

cidente a Rheno Ligeri atq; Oceano; ultra Danubium & ad Salam Sorabes a Turingis diuidente / karolus Maretellus, magni karoli Aius: Euticonis Alsatiæ ducis nepotes / Lunfridum & Eberhardum expulit, magnus vero karolus paterno regno adiecit. His panos pene omnes Aquitanos Vascones Britones & eam Italiæ partem quæ Langobardorum erat. Item Saxones qui a flumine Albi Veseram vsq; a ventorū nomib; (quæ idem magnus Cæsar lingua sua nativa Germanica primus indidit) Ostueldi hodie etiam Saxones: & a flumine Vesera ad Rhenū Vuest ueldi nunc westuali appellati / quasi Saxones Ostrocampi pestres / & viso campestres. Bileos suo nomine Veletabos Nortmannos nunc Nortwegios dictos / Danos Auares Bohemos vtrōsq; Pannones Histenses Liburnios Dalmatiam terrestrem / & Germaniam omnem / intra rhēnū Vistulam & Oceanum sitam / quare satis perspeximus: Germanorum Franciam duplēcē fuisse Regnū / scilicet Orientale & Occidentale / quod & multo tempore apud Francos Germanos coniunctum fuit / verum. HLuduuius senior. HLuduuius pīj filio karoli magni nepote / a vitum paternum & regnum cum fratribus diuidente / Lotharius primus Cæsar & frater suus Rex karolus post Cæsar occidenti præfuerūt. HLuduuius senior: & filius Luduuius iunior supra Orientales regnauerunt / quod litteris erectionis ecclesiæ wylsenga / Augustensis diocesis / comprobamus; in quarum calce ita scriptum est: Acta est hec traditio in ipso loco Vuisontessteiga sub die. viij. Idus Decembris Anno ab incarnatione Domini. D. ccc. lxii. in ditione. x. regnante domino Luduuiico super Orientales regiones Anno. xxvij. regni eius / præfuerunt tūc Imperio & Franciæ occidentali Luduuius. ii. Lotharij primi Cæsaris filius / & karolus Caltrus. II. Cæsar Luduuii senioris prædicti ex Luduuiico Pio Cæsare Augusto frater; item in litteris donationis Monasterij sanctiorum Felicis

Augusti boni et amati

& Regulæ in Turego factæ: ita continetur. Luduuius dī uina fauente clementia Rex / qualiter pro serenissimi Imperatoris Aui karoli & præstantissimi Luduuiici Augusti domini & genitoris nostri; necnō & sempiterna remoratione / ac pro coniugis & prolis nostra charissime perpetua mercede / Curtim nostram Turegum in Ducatu Alamano in pago Turganensi. &c. actum. xxxij. regni nostri / in Orientali Franciæ regnante Datum Reginspurg ciuitate regia / licet postea Luduuius iunior huius senioris filius: Baioarico regno contentus fuerit; ut ex litteris Gotwaldi Abbatij Altacensis / cognoui: qbus rex HLuduuius iunior ita scripsit. Luduuius gratia dei rex Bauarorum ex quo regalis dignitas. &c. Datū Heligbrun in nostro palatio regali ab incarnatione Christi Anno. D. ccc. I. die. xvij. Augusti regni nostri. viij. De hac Orientali Franciæ Otho diui Leupoldi Austriae Marchionis filius & Frisingensis Episcopus ita scribit. Per idem tēpus Luduuius rex orientalium / occidentalia regna vocatu quo rūdam Principum regni que terminos occupans / Senonas vsc; progreditur. Præterea eodem tempore regnum Galliæ a Franciæ regno diuersum erat. karolus enim. III. ob corporis proceritatem grossus appellatus Cæsar Augustus in litteris suis Monasterio superiori Ratisponæ datis ita inquit. In nomine sanctæ & indiuidue trinitatis amē. karolus diuina fauente clemētia Imperator Augustus Simēbra xpi. &c. data. xiiij. kls Marci Anno dominice incarnationis. D. ccc. lxxxvi. indictione. iiiij. Anno Imperij pīssimi Imperatoris in Italia. vi. in Francia. v. in Gallia. ii. actum in villa quę Rotuile vocatur. Item Arnulphus Luduuii Senioris nepos. karolomanus ex illustri foemina filius naturalis / primum karentianus dux (Grosso egrotante) Rex / mox Cæsar Augustus declaratus / omnem orientalem & postea Franciam occidentalem in ditionē suā accepit; regnauitq; supra Gallos plures annos. Vnde idē

886. t.

Frisingensis ait. Arnulphus totam Orientalem Franciam quod modo Theutonicum regnum appellatur/ id est Basioariam Sueviam Saxones Turingiam Frisiam Lotharingiam rexit. Occidentalem vero Odo ex eius auctoritate habuit. præterea diuus Henricus Bambergij tumulo conditus ante Cæsar coronatus fuisset: se illius Francæ Regem scripsit/ quod eius litteræ apud Monasterium Yuef senburgense attestantur quibus inquit Data. xvij. kalendas Februarij Anno incarnationis Dominiæ. M. III. Henrici gloriissimi Regis regni in Francia primo indictione prima actum Drodenhoff. Sic etiam karolus Magnus: et posterius eius prosapia: qui supra Gallos regnauerunt Germani origine fuerunt/noster Brand de traillatione Imperij cecinit.

Translato imperio a Græcis Germania repente
Natio/susccepit regia sceptrum/ & opus/
Germanus qui a nam/nostro quoq; natus in orbe
karolus: & vero semine Theuton erat/
Nempe orientalis Francus fuit: vnde recepit
Frantia Gallorum/quod modo nomen habet.

Defunctis autem karolinis/ & plarissq; per ignauiam regno Francæ abdicatis/ Henricus Primus Rex Augustus magni Ottonis pater/ ob frequentem animi auçupationem auceps appellatus/ primus item libera potestate in Saxonis vsus/ usu generis sui Gilberti Belgici ducis cum Francis orientalibus a karolo occidentalis Francæ rege descivit/eoq; ad sentiente/Galliam Belgicam quasi vniuersam cum palatio Aquisgrani/ Regno Burgundionum excepto omnē scilicet Austrasiam/ quae Franconibus Germanis Regibus occidentalis Francæ huc vscq; paruerat/ Germania in imperio adiecit/ & in signum perpetui pacti atq; foederis/diui Dionisij Ariopagitæ manum dono accepit ea causa Lotharingia ipsa atq; Lotharij regnum ceteraq; prouinciae Belgarum cum Germanis cisrenum superio

ri & inferiori/in hunc usq; diem sub Romanorum imperatoribus Cæsaribus Augustis fuerunt. Idem Otto magis nus Luduunicum karoli prædicti filium Belgas repetenter arce Brisacensi capta fugauit/ & Prouinciam eam iterum subiugata Germanico imperio pacatam reddidit. primus q; Allatæ superioris prouinciam Comitem creauit, k; burgensem Comitem/ cuius familia post deficiente/ inuicti Cæsaris nostri maiores Haspurgenses/ in ea dignitate successerunt. Sic idem Otho in prædicto Heinrico Auctupe ait. Othonem magnum in Decretis Pontificum primū regem Theutonicorum vocatum: quod regnum modo Romanum esse cernitur: partem esse regni Francorum: deniq; ut ostensum est/ tempore karoli regnum Francorum tota Gallia id est Celtica Belgica Lugdunensis totaq; Germania a rhe no ad Illiticum usq; terminus fuit, dchinc diuiso inter filios sifiliorum regno aliud orientale aliud occidentale virum tamē regnum Francorum dicebat. in orientali ergo qd' Thietonicorum dicit/ deficiente karoli stirpe/ manente adhuc in Occidentali Francia ex successoribus karoli karolo/ primus ex gente Saxonum/ successit Heinricus/ cuius filius Otho qui etiam Imperium a Langobardis usurpatū reduxit ad Theutonicos orientales Francos: forsitan dicitur est primus rex Theutonicorum nō quod primus aput Theutonicos regnauerit/ sed quod primus p̄ter eos: qui a karolo karoli vel karolingi/ sicut a Meroueo Merouingi dicti supra/ex alio id est Saxonum sanguine natus; imperium ad Theutonicos Francos reuoauerit/ sicut Merouingis deficiensibus a karolis succendentibus Regnum tamē mansit Francorum: sic & karolis decedentibus ex alia familia in uno tamen regno Othones subintroserunt/ que varietas humana rum terū defectum prodens/ ab vetero mundi usq; in presentem diem alternatur. Præterea Imp. Cæsar Fridericus primus Augustus Suevus: prosapia Hohenstaufen/ scripturis & monumentis suis publicis/ quibus (obtenta ut

Sed h̄c. 14.

N.

1152

Inditio
falsa est
m. m.
anno

vulgo appellant canonisatione) karolum magnū Cæsarē
in diuos retulit: Aquisgrani datis. Anno Dominicæ incar-
nationis. M.c. lxiij. indictione. xiiij. sexto Idus Ianuarij.
Anno regnie eius. xiiij. Imperij vero. xi. eiusdem karoli de
Aquisgrani restauratione documenta inseruit inter cates-
ra referentis. Noscitis qualiter ad locum quis Aquis/ ab a
quarū calidare apratione traxit vocabulum/egressus solis
to more causa venandi & perplexione siluae/ erroreg vi-
arum/a socijs sequestratus/inueni thermas calidorū fons
tium/palaciq; reperi/quæ quondā Granus/vnus de Ro-
manis principib; frater Neronis & Agrippæ: a principio
construxerat/nunc vero vetustate longa frumentis & vepri-
bus occupata renouauit/ & ibidem monasterium sanctæ
Marie matris Iesu/cum labore & sumptu/quo potui adi-
ficauit/pignora quoq; sanctorū Apostolorū Martirū Con-
fessorū ac Virginū a diuersis terris & regnis (& presertim
Graecorū) ibidem recollegit: ut eore suffragio regnum Ro-
manorū firmet: ac peccatorū indulgentia condonet. Prete-
rea adnō Leone romano Pontifice huius templi consecra-
tionē & dedicationē fieri impetravī/pre nimia deuotione
quā erga idem opus habui: prefentibus vna nobiscū Ro-
manis Cardinalibus multis Episcopis quoq; Italie ac Gal-
liae Abbatibus Clericis & principib; diuersis/ ut sunt ro-
mani duces Marchiones Comites Principesq; regni Ita-
liae Saxonie Bauariae Alemaniae Franciaeq; vtriusq; tam
orientalis & occidentalis in omnib; voto & desiderio meo
obsequētes. Obtinuic; ab omnib; ut in loco præfato Re-
gia sedes locare/ ac esset caput Gallie transalpes; qd^o ab
omnib; est annutū: & hoc dñō Papa Leone præfato con-
firmatū. &c. Ecce karolus Cæsar noster Romanū Regnū
& eius sedem regiam/ etiam in Gallijs transalpes; & circa
Rhenū/Aquisgrani constabiliuit/si saltē cōcedimus/qd^o
Cisrhennani Galli fuerint/ necessario eos etiam tunc/ sub
germano Cæsare fuisse, de Aquisgrano Celtis. III. Amore

Cœpſus dux Luduarius

Vrbs ubi fumat aquis Chraneo ab A. polline dicitur

Corpora que morbis tincta liquore leuant/

Quæc; patent celæ genitricis templo tonantis

Sanctius in nostro quis nihil orbe miscat

Hanc caput Imperij statuit rex karolus olim.

Dum Gallos nostro subderet imperio.

Otho præterea. II. Cæsar magni & dñiæ Adelheidis filius

Lotharium Luduici filiū regē Franciæ/ iterum in Austra-

sios noua moliente eam puinciam iureiurando abdicare

coegit. Gotfridus Bullionus Eustachij senioris Comitis

& Ydæ filius Soceri sui in Ducatu regni Lotharij success-

sor; & primus ex Germanis Iherosolimitanus Rex/eun-

dem comitatum Bullionis; ut scriptor Colonensis refert;

Sperto Episcopo Leodiensi. M. ccc. Marchis argenti ven-

didit; vnde eius successores: se Bullionis duces siue Comi-

tes ab imperatoribus Germanis inuestitos appellant/ tūc Heinricus. IIII. rex/Cæsar augustus. III. Heinrico Limbur-

gij Comiti/regni Lotharia Ducatus contulit, sed postea eo

dem capto/a Heinrico. V. rege: Cæsare Augusto. IIII. idē

Ducatus. Gotfrido Barbato Brixellarij & Louaniæ Comi-

ti ex prosapia karoli magni & Gebirgæ Othonis Ducis

Brabantini sorore pgenito datus fuit/ ex eo scilicet certo

comperimus/qd^o vtrac; Austrasia & superior & inferior:

(quibusplerac; ciuitates cisrhennanæ cōprehense erant) a

karolo magno vsc; in hunc diem/ sub Cæsaribus Germani-

nis & ditione Germanica fuit. Item Archiepiscopus Tres-

uerensis sacri Romani Imperij Galliam & regnū Arela-

tense Archicancellarius ex eo est/ qd^o illa Gallia & Arela-

tense regnū/ Imperio subesse debent: pterea qd^o Episcopi

quot Principes/ qd^o alij ecclesiast; prelati: Comites & Baro-

nnes cisrhennū/Cæsar & sacru Romanū imperium; verissi-

mā suā dominationē venerant/ obseruāt: & eidē fidelitas

tem præstant: qd^o per annos plures supra. DC. ita obserua-

tū est, sic publica auctoritas & memorie vetustas causa ea

Louaniæ

cij

buxelle

dem ambulant/ ut inquit Paulus iure consultus Cassium
referre/nec etiā video/si Germani Franci imperarūt Gal-
lis/quō germania cīrhenū ipsis subesse debeat. Si inuicti
Cæsarī nostri nepotes/karolus sup Gallos: & Ferdinandus
dus sup Hispanos regnaret/propterea Archiducatus Au-
striæ/ceteraq; puincæ huius nobilissimæ domus/a Ma-
ri Adriatico/ ad oceanū vscj Germanie inferioris pten-
sæ/sub iugo Gallorū vel Hispaniensium nō essent. Sed illi
Iustissimi Austriae Archiduces/Gallis & Hispanis impe-
rarent/qd' de lilio Argentinensium/in eorū noūismatis
referunt Patrice Germanie desertores: nō ex hoc Argentini-
nenses qd' Gallis parere debeant cōuinci possunt; quia nō
oēs subiecti Gallis lilijs vtūc/ & nō oēs vientes lilijs gal-
lis subiecti sunt, Florentini habet lilyum in nomismate/&
tñ de iure Gallis parere nō debent/cetera vrbi Argentinen-
si argumēta cōtra Blaterones/noster Iacobus wimpfelin-
gus/accomodatissima expressit. Hæc sunt qua dignatio-
ni tute referre volui. Gallos nunc fuisse dominatos Ger-
manis/qd' ne in posterū fiat/Germani maiorū suorū ex-
emplis/animorū magnitudine/simultatibus intraneis lō-
ge sepositis/ innata fortitudine militari/ & ut iure naturæ
patriæ astricti sunt/conatu omni; studere; eniti; & efficere
atq; curare debet. Valeat tua dominatio: cui me plurima
humilitate cōmendo. Datum Auguste in Taberna h̄ali-
braria, xiiij. k̄l Nouembris Anno salutis, M.D.III.

Lilia, Liliu putzpath

Svlr

Siv tuin jn
Ani 4000
viro Dño Matheo Marechalco Iuris
cōsulto Augustensis ecclesiae Cano-
nico Domino suo in primis obser-
vado/ Cōradus Peutinger. S.P.D.

Legi nudius tertius eum Iuniani Maij locum: quem tu/
tuicj Concanonici Nobiles & doctissimi viri Bernhardus
et Conradus Adelmanni: mihi de Brenno ostendistis. vbi
Inquit Bergomum Gallicum verbū a Sennonibus Brēnē
Milit condita/quorum lingua monta vrbis significatur/
Inde Bergomenses/ quod & si auctorem non nominet/
ego tamen diligentius inuestigando compertum habui/
ad eandem Bergomi interpretationem Iohannem Tor-
tellum Polycratum referre/nobisq; ex vocabulo Germa-
nico Berg/ quod mōtem significat/ ea interpretatio placet.
Fortissimum em ex vocabuli nomine argumentū/ etiam
si id in latīnam lingua effluxerit coalueritq;. Bergomū
non a Gallis verum a Germanis conditam vel restitutā
fuisse. Refert em Strabo de orbis situ libro. vii. Sennones
Sueorum natiō ut superius dixi partim intra; partim ex-
tra siluam habitant; Getarum contermina genti. & Cornelius
Tacitus de Germanie situ/vetustissimos se nobilissi-
mosq; Sueoru Sennones/ sed credo Sennones Sueuos
sicut alios Germanos in Galliam concessisse antiquitus.
Reddit tamen me ancipitem Cæsar Dictator qui de bello
Gallico libro. v. ait. Sennones ciuitas firma & magna in-
ter Gallos auctoratis quam Plinius in Lugdunensi Gal-
liacat. Item Brennum Plutarchus in Camillo regem Ti-
tus Liuius Regulū/ & ex Trōgo Pompeio Iustinus: Va-
lerius quoq; Maximus Ducem Gallorum appellant/ qui
postea quam Galli Celtici (Prisco Tarquinio supra Roma-
nos: & Ambigato supra Gallos regnabitibus) siue ex in-
testinis discordijs; & assiduis domi dissentionibus. siue
e iij

Belloues si Ambigati sororis filij Augurio: siue optimi vis
ni admiratione alleculi in Italiam venissent, Romanos ins
tegros & nondum tactos apud Alliam flumen victoria
in signi profligauit. Vrbē Romā captam incendit & etis
am ut idem Iustinus ait vna Gallorum portione in Italia
dimissa per Illyrios penetrans: Pannonios domuit & dis
tis agminibus per Belgium Ducem Macedoniam de
populatus Ptolomeum eius prouincia regem interemit
ipse Græcia deuastata: & ceteris regibus vltro non laces
tis: pecunia pacem mercari coegit: victoria tamen insolent
er vslis: in Macedoniam contendens Delphos ciuitatem
& templum Apollini dicatum ob spem praedæ ingentis
oppugnare constituit: scurriliter tunc in deorum cultum
locatus ait. Locupletes deos largiri hominibus oportere
ipsosq; opibus nullis egere cum eas praestare alijs soleant
quare per Delphos deo supplicantes viribus etiam mino
res: repulsus: & montis portione ex terrremotu abrupta
cum suis stratis dissipatus item & etiam Saucius: vulne
rum dolore quem ferre non poterat oppressus: pugione
sibi mortem consciuit. hic Brenni exitus. Strabo quoq; lib
bro. IIII. eundem Delphos incurvauisse: & a plerisq; Pana
sum appellatum: quodq; tunc sacrilegio contaminatos et
etiam sequenti tempore casibus aduersis iactato s fuisse.
Idem Maximus Brennus Galloꝝ Dux Delphis Apollis
nis templum ingressus Dei voluntate in se manu vertit
Refert idem Lituus solum Elitonium cum manu Germanorum
(fauente Belloueso cum transcendisset Alpes: Gal
lorum vestigia secutum: eo salu vbi nūc Brixia atq; Vero
na sunt) in Italiam venisse. Præterea Iustinus ait. Tuscos a
Gallis electos autis sedibus amissis Alpes occupauisse
& eos Ducis nomine Rhœti gentem Rhœcioꝝ condit
disse que Gallos Mediolanum Brixiam Veronam Bergo
num Tridentum & Vincentiam sed ad Bergomum res
uertamur: quam Plinius refert Comum & Licinifor

ex Catone: et Cornelio Alexandro Orobioꝝ stirpis: sed
originem eius gentis Cato se ignorare fatetur Alexander
vero esse e græcia docet nominis interpretatio vitam in
montibus degentibus ego relegi Catonis de originibus
fragmentū quod in manibus habeo quo ait: qui cū Oro
bijs colonis: ibi primus insedit quorsū origo incerta/ ut
Comi Bergomi Licinifori & aliquot circa populoꝝ: voca
bulum ergo aduenticum qd' non solum vnā: sed linguas
diuersas recipit/ incertū est. Alexandri siccirco argumenta
tione negatā de ortu incerto modestius locutū fuisse Cato
nem cōmentator eius credit Græcae quidem Oros mons
& bioꝝ vicitus siue viuens dicuntur/ quasi in montibus vi
uentibus. verum nō solum Gracum sed Orobium Sagū
Arameum vocabulum est/ quaꝝ linguam idem cōmer
tator Sagos Lanigenas vlos existimat/ apud q̄s & Hebre
os Talmutistas Oros etiam mons dicitur/ Bitellius vel fis
lia/ hinc Orobij filij montis quem incolunt/ Orobij ergo
Comenses & Bergomenses/ conuenæ Tuscoꝝ Alpiꝝ ins
colæ: qd' situm Catoni vel etiam Alejandro credendum
nec Galli nec Germani Bergomum considerunt/ sed cō
iiciendum erit/ cum opidum Orobioꝝ Barra interīset.
vt Plinius scribit noī editissimi mōtis retēto: Germanos
Sueos Sennones: tūc sub Brenno militantes Bergomū
restituisse potius/ & a ꝑo suo germanico vocabulo Berg
ea Bergomū cognōi auisse/ ceteræ tuæ. D. officium erit/ si
quid habes: vnde Brennus coniectura saltem Germanus
comprobetur: me doceas/ quod vt facias non solum effla
gito: sed diligentia ea qua possum rogo Vale & metui ob
sequentiissimum dijudicato ex taberna nostra libaria. IIII
Nonas Martij. Anno Christianæ salutis. M.D.V.

IN PRESTANTISSIMI ILLVSTRA

toris Germaniae Domini Conradi Pytin
geri Augustensis Symposiarichi/ cō
uiuales Sermones Sebastiani
Brant.

Multa Pytingero debes Germania nostro:

Vindelica imprimis/Rhoetica terra/ simul

Quae quondam in tenebris latuisti terrā beata:

Nunc per eum illustri tramite carpis iter.

Perge liber soelix/fausta pede/porridge frontem

Italicis/Gallis/omnigenis q̄ viris.

Omnia Theutonicam cernant modo sacula gentem:

Quam vetus/& quam sit polliciti illa tenax,

Artibus;ingenijs;armis:rebusq̄ probatis;

Belligerisq̄ viris Theutona terra vales.

Ergo Pytingero grates/Lycus/Ister & Enus;

Obryncus;Rhenus;Neccarus;Isar;agat.

Thomas Aucuparius Poeta Lau

teatus: in Coniuiales Sermō

nes Conradi Peutingeri

Epigramma.

Splendida Germani nitidæ coniuita mensæ

Hac noua festivo Peutiger ore parat

Gurgite non turpi veterem redolentia luxum

Quanta vel Antonius vel Cleopatra dedit

Quantaq̄ regali posuit splendore Lucullus

Quanta vel Albini coena superba fuit

Claudius assiduo vel quanta Vitellius vsu

Sergius aut Galba prandia quanta dabat.

Hunnum Wallachum

Alemanni bovi

Que putrida sensus habebant pinguedine: mentem

Extenuant somno: turgida membra grauant

Ista sed Ambrosiae dulci perfusa sapore

Largifluo sacri nectaris imbre madent

Qualia Plutarchus vel Ascellius ille Sabinus

Qualia diuinno condidit ore Plato

Pierides ubi discumbunt Dryadesq̄ Camoenæ

Magnus & aurata ludit Apollo Lyra

Que celebri decorant animum coniuia laude

Et faciunt vita nobiliore frui.

Ringmanni Philesij Vog.Iamibi

cum Sen. Hypo. ad Lectores

Epigramma.

Conradus haec Pytingerus docta man

V

Opem ferens Germanicæ scripsit re

I

M andauit eadem Vuolphius post Iunio

R

I nsignibus calcographi ut typis preman

T

T anti precemini ut viri viuant di

V

E t vos amatores beate viui

TE

Mathias Schürerius artium doctor:

litterarum amatoribus, S.P.D.

Habetis litterarum amatores Conradi Peutingeri: & iure

con.& oratoris coniuiales sermones: Ambrosiam & ne-

ctar spirantes. Mox deo fauente: Clarissimi principis Ioan-

nis Fr̄ancisci Pici Mirandulaní Comitis opera: plane aurea

& Bracteata: formis a me excentur: eorum enim mihi

potestatem faciet Vuolphius ille iunior: mirificus littera-

rum excultor: & cui littere & litterati debent plurimum:

Is inq̄ illorū operum archetypon habet; id ipso Ioanne Fr̄a

cisco Pico sic volente: Curabo p virili parte/adfuturare &
augere formis nostris remp. litterariam; imprimendo dos-
ctissimorum hominum/ doctissima queque volumina. Interea
Schürerio vestro fœlices dies optate; vt fœliciter fœlix p
positum implere queat: Valete iucundissimi litterarum ama-
tores Argentinæ ex officina litteratoria, v. Idus Februarij
Anno. M.D.VI.

Ioannes Prüs in ædibus Thiergarten
Argentinæ i primebat, Mathias Schus-
ter recognouit.

Univ. Bibl.
München